

4312.

1348 April 18.

Linköping.

Johan Öarsson säljer i vituens närväro till kaniken i Linköping magister Markus sin ström Tannafors och ett område derinvid.

Registr. Eccl. Lin cop. perg. fol. 115 v.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Øarsson salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi me discreto viro magistro Marcho canonico Lincopensi torrentem meum in Tannafors situm et aream meam ibidem, eidem torrenti contiguam, cum omnibus eorum attinenciis cum fastis aliquis condicionibus, ad hoc secundum leges patrie requisitis, presentibus Laurencio Thorisson festemanne, Nicholao Olafson, Karolo Stwch et aliis pluribus ad hoc vocatis et rogatis, pro prompta pecunia veraciter vendidisse, transferens tocius proprietatis dominium eorundem torrentis et aree in predictum magistrum Marchum et heredes suos vel ordinacionem, mihi et heredibus meis ablata omni facultate cuiuscumque artis ingenio dictum torrentem vel aream repetendi vel impetendi seu quomodolibet ipsum magistrum Marchum vel heredes suos inquietandi pro eisdem. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis Laurencii Dansson, Gunnari Aalguzson et Dan Hemunxon (!) duxi presentibus apponenda. Datum Lin copie anno Domini m^occc^oxlviii^o die Paraceues.

Allmän överskrift: littore super bonis prebende canonicalis Wtala.

4313.

1348 April 23.

Invånarne i Valkebohärad upplåta till Lars Dansson all sin egolott i Thyngxrytsla.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus vniuersi Walkæbohæræþæ inhabitan tes salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi nos discreto viro Laurencio Dansson omnem partem nostram possessoriam in Pyngxrytslym cum omnibus suis adiacenciis totaliter dimisisse a nobis predictam partem penitus auferendo, eidem Laurencio appropriando perpetuo pacifice possidendam. In cuius testimonium sigilla presbiterorum discretorum domini Rangwaldi de Slaky, domini Andreæ de Wikingstæþym, domini Ingonis de Siwoldstæþym et domini Johannis de Kiil presentibus sunt appensa. Datum anno Domini m^occc^o xl^o octauo quarta die pasche.

Sigillen: n. 1 (andligt): s R . . GVALDI: SACERD . . s; n. 2 (ett A): s' ANDREII . PESB; n. 3 borta; n. 4 (andligt): s' IOHAN . . . NELI.